

INCIPIT EPITOME IMPERATORUM,

VEL ARABUM EPHEMERIDES, ATQUE HISPANIE CHRONOGRAPHIA SUB UNO VOLUMINE
COLLECTA.

1. *Æra 649^a*, Romanorum 57, Heraclius imperio coronatus reg. an. 30^b peractis a principio mundi annis 5858^c. Hic ob amorem Flaviae nobilissimæ virginis illi apud Africam ante sumptum imperium desponsatæ, et jussu Phocæ principis ex Libyæ finibus Constantinopolim deportatae, rebellionem adversus Phocam cum Nichita magistro militiae moliens, contra rempublicam consilio definito Heraclius æquoreo, Nichita terrestri exercitu adunato tali invicem definiunt pacio, ut quisquis eorum primus Constantinopolim adventaret, in loco coronatus digne f.ueetur imperio. Sed Heraclius ab Africa navaliter ascendens coll.gio, ad Regiam usque ocius pervenit navigando. Quem aliquantulum obstantem in bello Phocam Byzantii captum flammigero ferunt gladio. Qui mox ut eum perspicit jugulatum, illico imperio sublimatur. Nichita vero eremi deserta penetrando, *Ægyptum, Syriam, Arabiam, Judeam, et Mesopotamiam* aggressus est, Persas acriter insequendo, et suprnominas provincias imperiali dominatui restaurando. Sed Persæ suis a sedibus prosilientes, confidentes ex virtute et numero iterum sibi vicinas provincias stimulant, reformato: filiusque Cosdroe regis Persarum, patrem^d tumultualiter effugiendo, principi se dedit Romano, spondens omnem Persidem vivide tradere jam dicto Augusto: sed Heraclius exercitu adunato cum omni manu ferrea Persidem proficiscitur insequendo. Tunc^e Cosdroas tali certioratus nuntio, cum cuncto Persarum collegio obvius extitit resistendo. Denique ubi Heraclius cum Cosdroa^f, utrique frementes, uno se applicant pago; hoc pari definiunt verbo, ut ad singulare certainam electi ex utroque exercitu belligeri deveniant duo, ut in ipsis experiantur præsagando quidquid in ejus pugnæ eventu prospicerint de toto bello secerndo: sic sub divo definiunt: quorum belligerum animo vel consilio statuunt proprio, ut quidquid, ut diximus, proventus fortunæ per eorum ostenderit gladios, hoc redundet in socios: qualiter ex ipsorum omnino teneretur auspicio, ut regalia sine cunctatione victori illico mitterent vicissim colla sub jugo.

2. Sed Cosdroas more Philistinorum superbens^g spuriū quemdam tanquam alterum Goliam educit in prælio. Territi omnes Heraclii bellatores pedem subtrahunt retro. Tunc Heraclius de Domini consi-

A dens auxilio, super eum descendens, uno hostem perimit jaculo: sicutque Persarum irrupto disfugio, usque ad Susam urbem, quæ caput et culmen eorum est, pervenit feriendo. At tunc Cosdroe regno destructio, et imperiali dominatui tradito, populus non Deo, sed ipsi Heraclio honorem reddendo, et ille hoc aucteⁱ receptando, Romani pervenit repedando. Denique exercitu digne remonerato, thronum ascendit gloriose triumphando. Tunc in somnis de re hujusmodi multa ei ventre i serunt ex monito: et ut^k a muribus ereami unmisericorditer vastaretur, et per stellarum cursum astrologico præmonieretur nascio. Hic Heraclius, ut præstati sumus, Persas rebellantes elonuit: imperiales patrias belligerando reformato. Seductus a laudibus populi, non Deo, sed sibi, ut B seruant, honorem victoriae exaggerando, increpatiōnem per visum non modicam graviter præsagando crebro expavit.

3. Hujus temporibus in æra 653, anno imperii ejus quarto, Sclavi Græciam occupant. Saraceui in æra 656, anno imperii Heraclii septimo, Syriam, Arabiam et Mesopotamiam furtim magis quam virtute, Mahomet^l eorum ductore rebellia adhortante, sibi vindicant^m: atque non tantum publicis irruptionibus, quantum clanculis incursionibus peræverando vicinas provinciasⁿ vastant: sicutque co munko, arte fraudeque, non virtute, cunctas adjacentes imperii civitates stimulant: et postmodum jugum a cervice excutientes, aperte rebellant. Qui et in æra 658, anno imperii Heraclii 7, regnum invadunt, quod C crebro et vario eventu belligerantes fortiter vindicant: sicutque multis præliis dimicante contra eos Theodoro Heraclii Augusti germano, monitu fratris presagiationem murium reminiscentis, ad multipliandas et colligendas in bellum gentes discedit a prælio: sed quotidie eorum incrassante jugulo^o, ita in Romanis legionibus irruit timor, ut apud Gabatham oppidum commisso belligero, exercitus funditus læsus, et Theodorus necatus migraret e saeculo. Tunc Saraceni de tanta nobilium Romanorum strage firmiter certi, metu excuso, apud Damascum splendissimam Syriæ urbem condescendunt in regno.

4. Expleto vero Mahomet decimo anno, Abubacar^p de ejus tribu succedit in solio, non modicas et ipse irruptiones in Romanorum fines et Persarum molitus. Igitur, ut jam sati simus, in æra 653, anno

^a Ms. Complutense, 648.

^b Al., 29.

^c Ms. Compl., 5858; al., 5828; sed retinendum 5837.

^d Ms. Marianæ, partem adversam.

^e Id., veridice.

^f Id., Cosdro.

^g Id., et Cosdro.

^h Ed. Berg., auctior; ms. Compl. action.

ⁱ M., superbe; Sand., auctore.

^j C., multi ei evenisse.

^k M., fore ut.

^l M., Mahmet; Sand., Mammel ducatore.

^m C., radicant.

ⁿ Ed. Berg. addit vocem proprias, quæ deest apud

C. et Sand.

^o M., fortuna crescente.

^p C., Abucar.

imperii Heraclii quarto, Arabes tyrannizant : et in æra 656, Theodorum Augusti germanum aggressi, pene per decem annos præliis fatigatum, postremo in bello diffusum exsuperant ; sieque resistentem acriter necant : regnumque apud Damascum propheta eorum Mahomet innitente, excusso jam Romani nominis metu, publice collocant. Post cujus Mahomet decem regni expletos annos in æra 666, anno imperii Heraclii 17, jam dictum Abubacar de tribu ipsa in loco prioris subrogant. Persidemque sub imperio Romano derelictam Arabes gladio feriunt^a : sieque triennio pene belligerantes potentialiter regnant.

5. Hujus Heraclii temporibus, in æra 669, anno imperii sui 20, Arabum incipiente 14, vitæ termino, expleto triennio, Abubacar dato, Amer^b dereliquit in solio. Sieque Amer gubernacula prioris suscipiens omnia, populo decem per annos rigidus mansit in regno. Hic Alexandriam antiquissimam ac florentissimam civitatem metropolim Ægypti jugo subiicit censuario. Qui cum de omnibus partibus, Orientis scilicet et Occidentis, triumphum victoriae deportaret tam in terrestri quam in aquoreo prælio, a quadam servo orationi instans verberatus est gladio. Tunc vitæ terminum dedit, expleto, ut diximus, decimo anno.

6. Hujus Heraclii temporibus Sisebutus in æra 650, anno imperii supradicti secundo, Saracenis adhuc consistentibus sub Romanorum tributo, Hiberniam ut vir sapiens et nimium litteraturæ deditus retemptat annos per octo. Hic per Hispaniam urbes Romanas subjugat : Iudeos ad Christi fidem vi convocat. Venerabilem Helladium Toletanæ sedis urbis regiae metropolitanum episcopum sanctitatis præcōnio præfulgentem Ecclesia clamitat. Isidorum Hispalensem metropolitanum pontificem, clarum doctorem Hispania celebrat : qui anno septimo suprafati principis Sisebuti contra Acephalorum hæresim magna auctoritate Hispali in secretario sanctæ Hierusalem concilium agitat : atque per veridica doctorum testimonia Syrum quemdam Acephalorum episcopum, suprafatam hæresim vindicantem exsuperat, et vera concili i asserta confirmans, ejus eloquentia damnat, atque a pristino errore præstatum pontificem diu in sequendo perpetualiter liberat.

7. Reccaredo denique huic Sisebuto succidente in solio, dum per tres menses solummodo regnat, hujus vitæ brevitas nihil dignum prænotat.

8. Hujus Heraclii temporibus Suintila in æra 689, anno imperii ejus decimo, Arabum quarto regnante in eis Mahomet, digne gubernacula in regno Gothorum suscepit sceptra, decem annis regnans. Hic cœplum bellum cum Romanis peregit, celerique Victoria totius Hispaniæ monarchiam obtinuit.

9. Hujus Heraclii temporibus, Sisenandus in æra 669, anno imperii ejus vigesimo, Arabum 14, re-

gnante in eis Omar, anno pene expletio, per tyrannidem regno Gothorum invaso, quinquennio regali locatus est solio : qui anno regni sui tertio sexagesies sexies Toleti, Gallie et Hispaniæ episcopis aggregatis cum absentium vicariis, vel palatii senioribus in ecclesia sanctæ Leocadiæ virginis et martyris Christi; post priorem Reccaredum Gothorum regem, constante adhuc Hispalensi Isidoro episcopo vel in multis jam libris fulgente mirifice, de diversis causis concilium celebravit. Huic sanctæ synodo inter ceteros Braulio Cæsaraugustanus episcopus interfinit^c, cuius eloquentiam Romanam, urbium mater et domina, postmodum per epistolare eloquium satis est uirata.

10. Hujus Heraclii temporibus Chintila^d in æra 674, anno imperii ejus 25, Arabum 18^e, regnante in eis Omar, anno quinto jam plene expletio, atque incipiente jam sexto, Gothis præsicitur, reg. ann. 4^f. Illic concilium Toletanum viginti quatuor episcoporum habitum agitat : ubi non solum de rebus mundanis, vertuti etiam de divinis, multa ignaris mentibus infundendo illuminat. Quantâ vero sanctorum congregatio a vicariis episcoporum consedentibus, vel a senioribus palatii, qui interesse digni habili fuerunt concilium perlustrantibus aggregata in ecclesia sancte Leocadie virginis et martyris Christi, exstitit, liber Canonum indicat. In hac synodo Braulio Cæsarugustanus episcopus præ ceteris episcopis excellit, atque pian doctrinam Christianis mentibus decenter infundit, cuius et opuscula nunc usque Ecclesia relegit.

11. Hujus Heraclii temporibus in æra 688, anno imperii ejus 29, Arabum 23, regnante in eis Omar anno 10, Tulgas bonæ indolis et radicis Gothorum, regno suscepto principatur ann. 2.

12. Æra 679, Romanorum 58, Constantinus IIerachii filius imperio coronatur, regnans annis 6, per actis a principio mundi annis 5843. Hujus temporibus in æra 680, anno imperii ejus primo, Arabum 25, Othomam suæ gentis administrationem suscepit ann. 12, qui jam secundi anni gubernacula prorogans Libyam, Marmoricam et Pentapolim, Gaziam quoque, vel Ælyopianam quæ supra Ægyptum in eremi adjacent plagis, Saracenorum sociavit regmini, et ditioni subiicit : plurimasque civitates Persarum tributarias fecit : postremo tumultu suorum occiditur, regnans ann. 12.

13. Hujus temporibus, in æra 680, anno imperii Constantini primo, Arabum 25, regnante in eis Othomam anno secundo, Chindasvithus per tyrannidem regnum Gothorum invasum Hiberiæ triumphaliter principatur^b, demoliens Gothos, sexque per annos regnat. Hic in Tolestanæ urbe synodale decretum 30 episcoporum cum omni clero vel vicariis eorum episcoporum quos languor vel inopia præsentes fore non fecit, atque palatinum collegium, qui electione

^a C., 667.

^b B., *Omar*.

^c Sic M. B., *claruit*.

^d Exemplares, *Sinthila*.

^e Sic B., C. 19.

^f B., *pene*.

^g Sic continuator Biclar.; Berg., 6.

^h B., *triumphaliter principiat*.

collegii interesse meruerunt, mirifice anno regni sui quinto indicit celebrandum, discurrentibus tantum notariis quos ad recitandum vel ad excipiendum ordo requirit. Hic Tajanem Cesaraugstanum episcopum, ordinis litterarum satis imbutum, et amicum Scripturarum, Romam ad suam petitionem pro residuis libris Moralium navaliter porrigit destinatum. Qui cum a papa Romensi de die in diem differretur in longum, quasi in armario Romanæ Ecclesie præ multitudine quæsitum, facile nequaquam reperirent libellum, Dominum, pernoctans, et ejus misericordiam^a ad vestigia beati Petri apostolorum principis deposcens, ei scrinium in quo tegebatur, ab angelo manu est ostensum. Quo mox ut se papa prævidit reprehensum, cum nimia veneratione ei adjutoria tribuit ad conserbendum, et Hispanis per eum transmittit ad relegendum; quia tunc ex beati Job libris expositum retemptabant solum quod per beatum Leandrum Hispalensem episcopum fuerat aduentum, et olim honorifice deportatum. Requisitus vero et conjuratus Tajo episcopus a papa Romano, quomodo ei tam veridice suisset librorum illorum locus ostensus, hoc illi post nimiam deprecationem cum nimia alacritate est fassus, quod quadam nocte se ab ostiariis ecclesie beati Petri apostoli expetiit esse excubium: atque ubi hoc reperit impetratum, subito ad noctis medium, cum se nimis lamentis ante beati Petri apostoli loculum deprecando faceret cernuum: luce cœlitus emissâ, ita ab inenarrabili lumine tota ecclesia exstitit perlustrata, ut nec modicum relucerent ecclesie candelabra: simulque cum ipso lumine una cum vocibus psallentium et lampadibus relampantium introiere sanctorum agmina. Denique ubi horrore^b nimio exstitit territus, oratione ab eis completa, paulatim ex illa sanctorum curia duo dealbati senes gressum in eam partem qua episcopus in oratione degebat, cœperunt dare præpendulum. At ubi eum repererunt pene jam mortuum, dulciter salutatum reduxerunt ad proprium sensum. Cumque ab eis interrogaretur, quam ob causam tam grande extaret fastigium^c vel cur ab Occidente properans tam longum peteret navigatorum^d: hoc et hoc ab eo quasi inscii relatum auscultabant operæ pretium. Tum illo multis eloquiis consolato, ei opportunum ubi ipsi libri latebant ostenderunt loculum. Igitur sancti illi requisiti quæ esset sanctorum illa caterva, eos tam claro cum lumine comitantium, responderunt dicentes, Petrum esse Christi apostolum, simulque et Paulum, invicem se manu tenentes cum omnibus successoribus ecclesie in illo loco quiescentibus. Porro ubi et ipsi requisiti fuerunt, qui domini essent qui cum eo tam mirabile habebant colloquium, unus ex illis respondit, se esse Gregorium, cuius et ipse desiderabat cernere librum, et tibi advenire^e ut ejus remuneraret tam vastum fa-

^a B., timore.

^b Sic B. et Ms. Tolet.; alii, fastigium.

^c Deest in B. peteret. Alii ponunt navigatorum loco navigatorum.

^d B., adrenaret. Ms. Tolet., adrenire, aliis verbis

PATROL. XCVI.

A ligium, et auctum redderet longissimum desiderium. Tunc interrogatus si tandem in illa sancta multitudine adasset sapiens Augustinus, eo quod ita libros ejus sicut et ipsius sancti Gregorii semper ab ipsis cunabulis^f amasset legere satis peravidus: hoc solummodo respondisse fertur: Vir ille clarissimus et omnium exspectatione gratissimus Augustinus quem queris, altior a nobis eum continet locus. Certe ubi ad eorum pedes cœpit proruere: citius ab oculis ejus, ostiaris et ipsis territis, simul cum luce evanuit vir ille sanctissimus. Unde ab eo die cunctis in eadem apostolorum sede venerabilis Tajo exstitit glriosus, qui ante despiciabatur ut ignavus.

14. Æra 684, Romanorum quinquagesimus nonus Constats Constantini filius imperio coronatur, regnans ann. 27, peractis a principio mundi annis 5870. Hic cum Arabibus navali prælio acriter dimicavit: qui postmodum apud Syracusam, Siciliæ inclytam urbem, conjuratione peremptus est, peractis 27 imperii sui annis. Hujus imperio sole medio die obscurato cœlum stellas prodit.

15. Hujus temporibus, in æra 686, anno regni Saracenorum 30, regnante in eis Othomam^g anno 7, Chindasvithus Recesvithum, licet flagitosum, tamen bene monitum^h, filium suum regno Gothorum proponit, regnans annis 24. Hic crebra concilia egit, clarente Eugenio urbis regiæ metropolitanæ episcopo Toleti pio, 46 episcoporum cum infinito clero vel vicariis desistentium, atque officium dignissimum palatinum in unum in basilica prætoriens sanctorum Petri et Pauli apostolorum excellenter recolligit, et non solum de mundanis actibus, verum etiam de sancte Trinitatis mysterio ignorantes animas instruit. Hujus temporibus eclipsis solis, stellas in meridi visentibus omnibus, Hispaniam territat: atque incursionem Vasconum non cum modico exercitus damno prospectat.

16. Hujus temporibus in æra 690, anno Arabum 35, Mozbia prædecessoris sortitus est sedem, regnans in ea annis 25; sed quinque ex eis annis cum suis bella civilia gessit, viginti vero omni plebe Ismaelitarum obidente, summa cum felicitate peragit. Adversus quem Constats Augustus mille et amplius lembos aggregans, infeliciter decertavit, et vix cum paucis æquorabiliter aufugiens, lapsus evasit. Per ducem quoque nomine Abdalla, qui dudum in peracto certamine ducatum tenebat, in Occidente prospera multa peracta sunt, Tripolim venit: Ciudadum quoque et Elempitim bellando aggressus est: et post multas desolationes effectas, vel diversas patrias vietas, atque provincias vastas edomitas, sive plurimas catervas in fide acceptas, adbuc sanguinem sitiens, Africam adventavit cum omnibus præliatorum phalangibus. Præparato igitur certamine illico in fugam Maurorum est acies versa, et omnis in singuli numero positis, non in pluri, ut in B.

^e B., incunabilis.

^f Al., Athuman et Athoman.

^g B., boni motum; M., tamen bone indolis.

decor ^a Africæ cum Gregorio comite usque ad inter nacionem deleta est. Abdalla quoque onustus beneficio largo cum omnibus suis cohortibus remeando Ægyptum pervenit, Moabia peragente decimum regni sui annum. Qui Moabia centum millia virorum ad obsequendum, vel Constantinopolim pergerendum, filio tradidit. Quam cum per omne vernum tempus obsidione cingerent ^b, et famis ac pestilentie laborem non tolerarent, relicta urbe, plurima oppida capientes, onusti præda Damascum ad ^c regem a quo directi fuerant salutifere post biennium reviserunt. Expletis ergo Moabia principatus sui annis 20 et quos civiliter vixit 5, humanæ naturæ debitum solvit.

17. Æra 711, Romanorum sexagesimus Constantinus Constantis filius imperio coronatur, reg. an. 45, peractis a principio mundi 5885. Hic apud Syracusam audiens seditione suorum occisum patrem, cum classe qua potuit Palatum petit, et thronum gloriae triumphando concendit.

18. Hujus temporibus in æra 716, anno imperii ejus quinto, Arabum 61, Yzit natus Moabiæ obtinuit regiminis locum annis jocundissimus tribus, et regni ejus cunctis suæ patriæ subditis nationibus vir nimium gratissime habitus: qui nullam unquam (ut hominibus moris est) sibi regalis fastigii causa gloriam appetivit, sed communiter cum omnibus civiliiter vixit. Sic impleto triennio Moabiam prolem successorem reliquit, paterius moribus similem: qui ut ad fastigium regni pervenit tertiam tributi omnibus condonavit: qui Moabia dimidium anni in regno manens ab hac luce discessit.

19. Hujus temporibus in æra 716, anno imperii ejus incipiente sexto, Arabum 62, Moabia juniore mortuo, cunctorum Arabum exercitus pene per quatuor annos in duos principes bifarie est divisus: quorum tantus manet conflictus, ut innumerabiles catervas utrorumque devoraverit gladius. Tunc imperatori per novem annos ab uno ex illis nomine Moroan ^d, ut ei adjutoria militum opitularetur, aut ne impeditiretur, pro unoquoque die probati auri integræ ponderis mille solidorum est numerus exsolutus, et mula Arabica cum lectis circa vestiaria singulis diebus causa pacis, ne præpediretur, simul cum polla ^e decora, cuncta supra nominata sunt attributa, atque omnis retroactorum temporum exstitit captivitas relaxata, quæcunque olim fuerat captivata.

20. Hujus temporibus in æra 720, anno imperii ejus decimo, Arabum sexagesimo sexto, Abdamelic apice regai assumpto regnat ann. 20. Hic æmulum patris persequens apud Maccam, Abrahæ ut ipsi autumant domum inter Ur Chaldeorum et Carrhas Mesopotamiae per ducem missum interfecit, et sapientissimo more civilia bella præliando recomprimit.

21. Hujus temporibus, in æra 712 ^f, anno impe-

A rii ejus primo, Arabum 57, Moabie regni 23, Wamba Gothis præfetus regnat annis 8. Qui jam in suprata æra anni tertii scepsira regia meditans civitatem Toleti mire et eleganti labore renovat, quam et opera sculptorio versificando pertulans, hæc in portarum aditu epigrammata stylo ferreo in nitido lucidoque marmore exarat:

Erexit factore Deo rex inclinans urbem
Wamba sue celebrem protendens gentis honorem.
In memoris quoque martyrum, quas super easdem portarum turriculas titulavit, hæc similiter exaravit.
Vos sancti Domini, quorum hic praesentia fulget,
Hanc urbem et plebem solito servate 5 favore.

22. Hic anno regni sui quarto, in æra 713, in Toletana urbe in heatæ matris Domini Marice virginis B sedis atrio in secretario post transactos octo et decem perturbationum et diversarum cladi annos, ad instar mulieris illius in Evangelio curvæ concilium salutis parat, atque omnes Hispaniæ Galliqueque episcopos synodaliter aggregat, cum quibus et tempora absque conciliis ^h prætereuntia satis deplorat. In hoc vero consolationem cum tantimodis viris receptat, (quod) prænitente tunc sanctissimo Hildefonse, melliflue ore aureo in libris diversis eloquente, atque de virginitate nostræ dominæ Marice semper virginis nitido polito eloquio, ordine synonyme perfloreute, ut anchora fidei ejus tempore in omni sua Ecclesia insidente, libellis ab eo editis et per Iberiam discursatis, ut vere a magnis conciliis fidelium lexitantum recreatae sunt mentes, atque a rivulis doctrinarum C eo in tempore magnopere consolati sunt pusillanimes.

23. Hujus in tempore in æra 718, anno imperii ejus septimo, Arabum 62, bifarie Abdalla et Moroan pro regno incipientibus præliari, Gothorum Ervigius consecratus in regno regnat ann. 7. Cuius in tempore famæ valida Hispaniam depopulatur. Hic anno primo concilium duodecimum Toletanum in æra 719 triginta quinque episcoporum cum inæstimabili clero vel Christianorum collegio splendidissime colligit. In cuius tempore Julianus episcopus ex traduce Judeorum, ut flores rosarum de inter vespes spinarum productus, omnibus mundi partibus in doctrina Christi manet præclarus, qui etiam a parentibus Christianis progenitus splendide in omni prudentia Toleto manet edoctus, ubi et postmodum in episcopatu exstitit de-coratus.

24. Æra 726, Romanorum 61 Justinianus imperio coronatur. Regnavit ante dejectionem annis 10, peractis a principio mundi annis 5895. Hujus temporibus in æra 726, anno imperii ejus primo, Arabum 70, Abdamelic i apicem fastigii quatuor per annos jam regnando retemptat.

25. Hujus tempore in æra 726, anno imperii ejus primo, Arabum 70, regnante Abdamelic anno quinto, Egica ad tutelam regni Gothorum primum et sum-

^a B., *decoritas*.

^b M., *urgerent*.

^c Sic Contin. Biclar.; alii, *et*.

^d Al., *Maroan*.

^e M., *palla*: B. *pilla* habet ad marginem. in textu

^f Contin. Biclar., *puella*.

^g Sand., 721; B., 712.

^h M., *salvare*.

ⁱ B., *concilio*.

^j Sic B.; Sand. et M., *Abdemic*.

mum obtinet principatum : regnat annos 15. Hic A pristino iste reducebat in gaudio ; et quos ille a proprio abdicaverat solo, iste pie ^a reformans reparabat ex dono : sicut convocatis cunctis, postremo cautiones quas parens more subtraxerat subdolo ^f, iste in conspectu omnium digno cremavit incendio : et non solum innoxios ^b reddidit, si vellent, ab insolubili vinculo, verum etiam rebus propriis redditis, et olim jam fisco mancipatis, palatino restaurat officio. Per idem tempus Felix urbis regiae Toletanae sedis episcopus, gravitatis et prudentiae excellentia nimia pollet, et concilia satis præclara etiam adhuc cum amboibus principibus agit.

26. Ejus in tempore librum de tribus substantiis, quem dudum Romam sanctissimus Julianus urbis regiae metropolitanus episcopus miserat, et minus caute tractando papa Romanus arcendum indixerat, ob id quod voluntas genuit voluntatem, ante biennum tandem scripsérat veridicis testimoniis, in hoc concilio ad exactiōnē p̄fati principis Julianus episcopus per oracula majorum ea quae Romam transmiserat vera esse confirmans apologeticum facit; et Romanū per suos legatos ecclesiasticos viros presbyterum, diaconem, et subdiaconem eruditissimos, ^b in omnibus et per omnia divinis Scripturis imbutos, iterum cum versibus acclamatoriis secundum quod et olim transmiserat de laude imperatoris mittit : quod Roma digne et pie recipit, et cunctis legendum indicit : atque summo imperatori satis acclamando : *Laus tua, Deus, in fines terræ, cognitum* facit. Qui et rescriptum domino Juliano per suprafatos legatos satis cum gratiarum actione honorifice remittit, et omnia quæcunque scripsit justa et pia esse deponit.

27. Æra 736, Romanorum 62 per tyrannidem Leo imperio coronatur, regnans tumultuose annis tribus, peractis a principio mundi annis 5898. Hic tumultualiter Justiniano dejecto, ejus se sublimat imperio.

28. Hujus temporibus, in æra septingentesima trigesima sexta, septima et octava, anno imperii ejus primo, secundo, et tertio, Arabum 79, 80 et 81, Abdamelic regnans peregit tertium decimum, quartum decimum et decimum quintum annum.

29. Hujus temporibus, in æra 736, anno imperii Leonis primo, Arabum 80, Abdamelic 13 ^c, Egica in consortio regni Witizanem filium sibi hæredem faciens Gothorum regnum retemptat. Hic patris succedens in solio quanquam petulanter, clementissimus tamen quindecim per annos exstat in regno : qui non solum eos quos pater damnaverat, ad gratiam recipit tentos exsilio, verum etiam clientulos ^d manet in restaurando : nam quos ille gravi oppresserat jugo,

^a B., vulgari.

^b C., M. et Sand., in omnia Dei servos, et.

^c Al. 16.

^d M. et Sand., clientulus; D. Rodr., quasi clientulus.

^e B., pio reparabat.

A pristino iste reducebat in gaudio ; et quos ille a proprio abdicaverat solo, iste pie ^a reformans reparabat ex dono : sicut convocatis cunctis, postremo cautiones quas parens more subtraxerat subdolo ^f, iste in conspectu omnium digno cremavit incendio : et non solum innoxios ^b reddidit, si vellent, ab insolubili vinculo, verum etiam rebus propriis redditis, et olim jam fisco mancipatis, palatino restaurat officio. Per idem tempus Felix urbis regiae Toletanae sedis episcopus, gravitatis et prudentiae excellentia nimia pollet, et concilia satis præclara etiam adhuc cum amboibus principibus agit.

30. Æra 838, Romanorum 63 Apsimarus imperio coronatur, regnans annis septem, peractis a principio mundi annis 5903. Hujus temporibus in æra 738, anno imperii ejus primo, Arabum 72, simulque et tertio coepit, regnante Abdamelic ann. 17 ^b, Witiza decrepito jam patre pariter regnat : qui in æra 739 suprafatae cladis non ferentes exitium, per Hispaniam et palatio vagitant, qua de causa propria morte decesso jam patre, florentissime suprafatos per annos regnum retemptat, atque omnis Hispania gaudio nimio freta alacriter letatur. Per idem tempus Gundericus urbis regiae Toletanae sedis metropolitanus episcopus sanitonice dono illustris habetur; et in multis mirabilibus auctor celebratur.

31. Æra 745, Romanorum 64, qui et 61, Justinianus copia et virtute Gazarum auxiliatus imperio restauratur, regnans iterum annis decem, peractis a principio mundi annis 5915.

32. Hujus temporibus in æra supra dicta, anno imperii ejus primo, Arabum 89, apud Arabes Ulit regnum retemptat. In Hispaniis vero quinto decimo anno Witiza persicravat in regno.

33. Hujus temporibus, in æra 748, anno imperii Justiniani tertio, Arabum 91, Ulit sceptra regni Saracenorum, secundum quod exposuerat pater ejus, quatuor per annos belligerando gentes jam regno aucto ⁱ multis honoribus praeditus triumphat per annos novem. Vir totius prudentiae in exponendis exercitibus, tantum ut cum divino expers favore esset, pene omnium gentium sibi met proximarum virtutem ^j confregerit : Romaniamque inter omnia assidua vastatione debilem fecit : insulas quoque prope ad consumptionem adduxit : Indiæ fines vastando edomuit : civitates ad irritam inopiam adduxit : Castella obessione affixit : in Libyæ anfractibus omnem Mauritaniam subjugavit. In occiduis quoque partibus regnum Gothorum antiqua soliditate pene per trecentos quinquaginta annos ab Æra quadragesima ab exordio et principio sui firmatum ; apud Hispanias vero a Liuvigildo pene per centum quadraginta annos pacifice usque in æram 750 porrectum, per ducem sui exercitus no-

^f Al., sub dolo.

^g B., quia innoxios.

^h C., 15.

ⁱ B., mirabiliter auction.

^j B., virtute.

mine Muza ^a aggressum edomuit, et regno ablatu^A tates, quæ residue crant, jam coactæ proclamavit, atque suadendo et irridendo astu quodam fallit : nec mora, petita condonat : sed ubi impetrata pace, territi metu recalcitrant, ad montana templi iterum effugientes, fame et diversa morte periclitantur : atque in eadem infelici Hispania Cordobæ in sede dudum patricia, quæ semper exstitit præ ceteris adjacentibus civitatibus opulentissima, et regno Wisigothorum primitivas inferebat delicias, regnum efferum collocant.

34. Hujus temporibus in æra 749, anno imperii ejus quarto, Arabum 92, Ulit sceptra regni quintum per annum retinente, Rudericus tumultuose regnum, hortante senatu, invadit. Regnat anno uno : nam aggregata copia exercitus adversus Arabes una cum Mauris a Muza missis, id est Taric, Abuzara, et cæteris diu sibi provinciam creditam incursantibus, simulque et plures ^b civitates devastantibus anno imperii Justiniani quinto, Arabum 93, Ulit sexto, in æra 750 transductis ^c promontoriis sese cum eis confligendo recepit : coque prælio, fugato omni Gothorum exercitu, qui cum eo æmulanter fraudulerenterque ob ambitionem regni advenerant, cecidit. Sicque regnum simul cum patria male cum æmularum internecione amisit, peragente Ulit an. 6.

35. Per idem tempus divinæ memorie Sinderedus urbis regia metropolitanus episcopus sanctimoniæ studio claret : atque longævos et merito honorabiles viros, quos in suprasata sibi commissa Ecclesia repetit, non secundum scientiam zelo sanctitatis stimulat, atque instinctu Jam dicti Witize principis eos sub ejus tempore convexare non cessat : qui et post modicum incursus Arabum expavescens, non ut pastor, sed ut mercenarius Christi oves contra decreta majorum deserens, Romanæ patriæ sece adventat ^d.

36. Hujus temporibus in æra 749, anno imperii ejus quarto, Arabum 92, Ulit 5, dum per supranominatos missos ^e Hispania vastaretur, et nimium non solum hostili, verum etiam intestino furore configeretur, Muza et ipse ut miserrimam adiens gentem per Gaditanum fretum columnas Herculis pertendentes, et quasi sumi indicio portus aditus demonstrantes, vel claves in manu transitum Hispaniæ præssagantes, vel reserantes, jam olim male direptam, et omnino impie aggressam perditans penetrat : atque Toletum urbem regiam usque irrumpendo, adjacentes regiones pace fraudulca male diverberans, nonnullos seniores nobiles viros qui ut cunque remanserant per Oppam filium Egica regis a Toletō fugam arripientem, gladio patibuli jugulat, et per ejus occasionem cunclos ense detruncat. Sicque non solum ulteriorem Hispaniam, sed etiam citiorem usque ultra Cesaraugastam, antiquissimam ac florentissimam civitatem, dudum jam judicio Dei patenter apertam, gladio, fame et captivitate depopulatur : ^f civitates decoras igne concremando præcipitat, seniores et potentes sæculi cruci adjudicat, juvenes atque lactentes pugnioribus trucidat; sicque dura^Cli terrore cunclos stimulat, pacem nonnullæ civi-

^a M., et Sand., Muze.

^b Al., plerasque.

^c B., traductivis.

^d B., in Romaniam patriam se adventat.

^e Al., supranominatis missis.

^f Quæ asteriscis includuntur desunt apud Marcam.

^g B., enotem pagella ; alij ut in textu

^h Sic M. B., intulit mundus iste.

37. Quis enim narrare queat tanta pericula? Quis dinumerare tam importuna naufragia? Nam si omnia membra verterentur in linguas, omnino nequaquam Hispaniæ ruinas, vel ejus tot tantaque mala dicere poterit humana natura. Sed ut in brevi cuncta legenti renotem flagella ⁱ, relictis sæculi innumerabilibus ab Adam usque nunc cladibus quas per infinitas regiones et civitates crudelis intulit mundo ^j hostis immundus ; quidquid historialiter capta Troja pertulit, quidquid Hierosolyma prædicta per prophetarum eloquia bajulavit, quidquid Babylonia per Scripturarum eloquia sustulit, quidquid postremo Roma apostolorum nobilitate decorata martyrialiter confecit, omnia et tot Hispania quondam deliciosa, et nunc misera effecta, tam in honore quam etiam in dedecore experta fuit.

38. Nam in æra 750, anno imperii ejus 6, Arabum 94, Muza expletis quindecimi mensibus, a principi jussu præmonitus, Abdallaziz ^k filium linquens in locum suum, lectis Hispaniæ senioribus qui evaserant gladium, cum auro argenteo, trapeciorum studio comprobato, vel insignium ornamentorum atque pretiosorum lapidum, margaritarum et uniuersum (quo ardore solet ambitio matronarum) congerie, simulque Hispaniæ cunctis spoliis ^l, quod longum est scribere, adunatis, Ulit regis repatriando sese præsentat obtutibus anno regni ejus extremo : quem et Dei nutu iratum reperit repedando et male de conspectu principis cervice tenus ejicitur pompiando ^m.... nomine Theudimer, qui in Hispaniæ partibus non modicas Arabum intulerat necesse, et diu exagitatis pacem cum eis foederat habendam. Sed etiam sub Egica et Witiza Gothorum regibus, in Græcos qui æquoreo ⁿ navalique descenderant, sua in patria de palma victoria triumphaverat. Nam et multa ei dignitas et honor refertur, nec non et a Christianis Orientalibus perquisitus laudatur, cum tanta in eo inventa esset veræ fidei constantia, ut omnes Dœ laudes referent non modicas : fuit enim Scripturarum amator, eloquentia mirificus, in præliis expeditus, qui et apud Almiralum inimicū ^o prudenter inter cæteros inventus, utiliter est honoratus,

ⁱ M., Abdelladiz ; C., Abdilaxis.

^j Sic M. B., cuncta superficie, quod. M., que.

^k Quæ hic videntur deesse supplet abbas de Longuerue addens, At quidam.

^l B. addit intra parenthesim, charaktere italicico, agmine. M. et Mar., in Græcis.

^m Sand. et Mar., Amir Almuminin.

et pactum quod dudum ab Abdallaziz acceperat, firmiter ab eo reparatur. Sicque hactenus permanet stabilitus, ut nullatenus a successoribus Arabum tantæ vis proligationis solvatur, et sic ad Hispaniam remeat gaudibundus.

39. Athanildus post mortem ipsius multi honoris et magnitudinis habetur. Erat enim in omnibus opulentissimus dominus, et in ipsis summi pecuniae dispensator : sed post modicum Alhozzam rex Hispaniam aggrediens, nescio quo furore arreptus, non modicas injurias in eum attulit, et in ter novies milia solidorum damnavit. Quo auditu exercitus qui cum duce Belgii advenerant, sub spatio sere trium dierum omnia parant, et citius ad Alhozzam, cognomento Abulchatar, gratiam revocant, diversisque munificationibus remunerando sublimant.

40. Supradictus Ulit Amiralmuminin (quod idioma regni in lingua eorum resonat *omnia prospere gerens*) prævisis copiis universarum gentium, nec non et munera Hispanie cum puellarum decoritate sibi exhibita, et in oculis ejus prevalida fama parvipensa, dum eum tormentis plectendum morti adjudicat, impetratu pro eo præsum vel optimatum quibus multa ex illis affluentissimis divitilis bona obtulerat, mille millia et decies centena millia solidorum numero damnans, Ulit vita terminum dando et seculo migrat. Quod ille consilio nobilissimi viri Urbani, Africanæ regionis sub dogmate catholicæ fidei exorti, qui cum eo cunctas Hispanie adventaverat patrias, accepto, complendum pro nibilo exoptat, atque pro multa opulentia parum impositum onus existimat : sieque fidejussores dando per suos libertos congeriem numerorum dinumerat, atque mira velocitate impositura pondus exactat⁴, sicque successoris tempore fisco assignat.

41. Hujus temporibus in æra 752, anno imperii ejus octavo, Arabum 96, Ulit mortuo Zulemam sanguine frater honorifice secundum expositum fratris succedit in regno. Regnat ann. 3. Hic infestus Romanie, fratrem non de simili matre progenitum Muzzilima nomine, cum centum millibus armatorum ad delendam Romaniam mittit. Hic Pergamum antiquissimam et florentissimam Asiae civitatem bello impeditam gladio simul cum igne finivit seductione deceptam⁵. Deinde Constantinopolim properans, dum periclitari se diversis necessitatibus Muzzilima propicit, alterius principis jussu non nimium feliciter repedavit.

42. Per idem tempus, in æra 753, anno imperii ejus 9, Arabum 97, Abdallaziz omnem Hispaniam per tres annos sub censuario jugo pacificans, cum

^a Sic M. Marc., *proligationis*. B., *tantæ vim per ligationis*.

^b B., *Abuliatar gratia*.

^c Sand., *præmissis*.

^d Sic Sand. B., *exoptat*. M., *congerit*.

^e Asteriscis inclusa desunt apud M. et Sand.

^f B., *Hic Asiam bello impeditam, gladio simul cum igne finivit, deceptam*. Deest in C. *deceptam*. Contin. Biclar. ut in textu, rectius certe; non enim Asia, sed supradicta civitas Pergamum, deleta fuit.

A Hispali divitiis et honorum fascibus cum regina Hispanie in conjugio copulata, filias regum ac principum pellicatas, et imprudenter distractas testuaret, seditione suorum facta, orationi instans, consilio Ajub occiditur : atque eo Hispaniam retinente, mense impleto, Alahor in regno Hesperiae per principalia jussa succedit, cui de morte Abdallaziz ita edicitur, ut quasi consilio Egilonis regiae conjugis quondam Roderici regis, quam sibi sociaverat, jugum Arabicum a sua cervice conaretur avertire⁶, et regnum invasum Hiberiae sibimet retemptare.

43. Æra 754, Romanorum 64 Philippicus imperio coronatur regnans civiliter quadrans cum anno, peractis a principio mundi annis 5916. Hujus tempore in æra suprafata, anno Philippici primo, Arabum 98, Zulemam Saracenorum regno retempio regnat annis tribus. Arabes Romaniam acriter populantur. Pergamum antiquissimam ac florentissimam Asiae civitatem ultrici incendio concremant⁷. Hujus tempore Alahor per Hispaniam lacertos judicum mittit, atque debellando et pacificando pene per tres annos Galliam Narbonensem petit, et paulatim Hispaniam ulteriore vectigalia censendo component, ad Hiberniam citeriorem se subrigit⁸, regnans annos suprascriptos.

44. Æra 756, Romanorum 65 Anastasius imperio coronatur, regnans civiliter dodrans cum anno, peractis a principio mundi annis 5918. Hujus temporibus Zulemam Arabum regnum tenens filium patruji Omar nomine, vel fratrem ejus Izit sibi successores regni adsciscit. In Hispania vero Alahor jam dictus patriciam i Cordobam obseditans Saracenorum disponendo regnum retempiat⁹, atque res ablatas¹⁰ pacificas Christianas ob vectigalia thesauris publicis inferenda instaurat. Mauris dudum Hispanias comitantibus penas pro thesauris absconsis irrogat : atque in cilicio et cinere, vermis vel pediculis¹¹ scaturientibus alligatos in carcere et catenis onustos retemptiat ; et questionando, vel diversas penas inferendo, flagellat.

45. Peridem tempus incipiente æra 757, anno Arabum 100, in Hispania deliquium solis ab hora diei septima usque in horam nonam fieri, stellis visis a nonnullis fuisse dignoscitur ; a plerisque non nisi tempore Zamæ successoris hoc apparuisse convinetur.

46. Æra 757, Romanorum 66 Arthemius, qui et Theodosius, imperio coronatur, regnans annis duabus, peractis a principio mundi annis 5920. Hujus temporibus tutelam ob sanctimoniam legis sue Omar

⁵ M. et Sand., *evertere*.

^b Vide num. 41.

ⁱ Sic Mar. et Sand., B., *Iberiam citeriorem se subfigit*.

^j M., *patriam*.

^k Sic Mar. B. non habet regnum, et loco obseditans ponit obsidione. M., *præsidio*.

^l Sic B. Alii, *aque resculas*. M., *resculas*.

^m B., *pedunculis*. Digitized by Google

fratri suo Igitur gerenti gubernacula regni ei adsciscit^a. Qui Omar vacante omni prælio tantæ benignitatæ et patientiæ in regno exstitit, ut hactenus tantus ei honor hucusque referatur, ut non solum a suis, sed etiam ab externis præ cunctis retroactis principibus beatificetur. Tanta autem sanctimonia ei ascribitur, quanta nulli unquam ex Arabum gente. Sed in regnum non diu gubernacula prorogata sunt^b.

47. Igitur Igitur gubernaculis regni Saracenorum decedente fratre per successionem plene acceptis, exercitus generis sui qui apud Persas tutelam gerebant, rebellionem moliti civilia præparant bella: sicut fratrem dudum supra nominatum, Muzilimam nomine, cum infinito exercitu mittens, in campis Babylonicis supra Tigrim fluvium pugna commissa, statim acies tyrannizantium mira dilabitur fuga, atque ducem sceleris nomine Igitur comprehensum venia concessa reservant ad vitam.

48. Tunc in Occidentis partibus multa illi præliando proveniunt prospera, atque per ducem Zama nomine tres minus paululum annos in Hispania datum habentem, ulteriore vel citeriore Hiberniam proprio stylo ad vectigalia inferenda describit. Prædia^c et manualia, vel quidquid illud est quod olim prædabiliter indivisum retemptabat in Hispania gens omnis Aralica, sorte sociis dividendo (partem reliquit militibus dividendam), partem ex omni remobili et immobili fisco associat. Postremo Narbonensem Galliam suam facit, gentemque Francorum frequentibus bellis stimulat, et electos milites Saracenorum in prædictum Narbonense oppidum ad præsidia tuenda decenter collocat: atque in concurrenti virtute jam dictus dux Tolosam usque præliando pervenit, camque obsidione cingens, fundis et diversis generum machinis expugnare conatus est: sicutque Francorum gentes tali de nuntio certæ, apud ducem ipsius gentis Eudonem nomine congregantur: ubi dum apud Tolosam utriusque exercitus acies gravi dimitione confligunt, Zama ducem exercitus Saracenorum cum parte multitudinis congregatae occidunt: reliquum exercitum per fugam elapsum sequuntur. Quorum Abderramam suscepit principatum unum per mensim, donec ad principalia jussa veniret Ambiza^d eorum rector.

49. Per idem tempus Fredoarius Accitanæ sedis episcopus, Urbanus Toletanus, sedis urbis regie cathedralis veteranus melodicus, atque ejusdem sedis Evantius archidiaconus, nimium doctrina, et sapientia, sanctitate quoque, et in omni secundum Scripturas spe, fide et charitate ad confortandam Ecclesiam Dei clari habentur.

50. Æra 758, Romanorum 67 Leo imperio coronatur, regnat annis 24, peractis a principio mundi

^a M., *Hujus temporibus ob sanctimoniam legis sue Omar fratrem suum Igitur ad gubernacula regni sibi socium adsciscit. D. Rodrig., cum in tutelam regni adscirrit.*

^b Sic M. B., *gubernacula . . . plene accepit. Exercitu generis sui apud Persas tutelam gerebat. rebellionem molitus.*

A annis 5944. Hic Leo militaris disciplinæ expertus fuit. Saraceni sub Omar, qui fratri regnum decretrat, ad modicum degentes, nihil prosperum captant: sub Igitur vero prælia multa exegerunt: quibus ei post modicum sub Hiscam suo rege urbem regiam properantibus expugnandam, reipublicæ acclamante omni senatu L. o imperii, ut diximus, suscepit sceptra.

51. Igitur temporibus Igitur rex Saracenorum in æra suprafata regni primæva obtinet gubernacula: talis enim inter Arabes tenetur perpetim norma, ut non nisi per cunctas regum successiones prærogative a principe percipiunt nomina: ut eo decedente absque scandalo adeant regiminis gubernacula.

B 52. Per idem tempus in æra 759, anno imperii Leonis secundo, Arabum 103, Ambiza semis cum quatuor annis principatum Hispaniæ apte retemptat, qui et ipse cum gente^e Francorum pugnas meditando, et per directos satrapas insequendo, infeliciter certat. Furtivis vero obreptionibus per lacertorum cuneos nonnullas civitates vel castella demutilando simulat: sicutque vectigalia Christianis duplicata exigitans, fascibus honorum apud Hispanias valde triumphat.

C 53. [^f Hujus et tempore Judei tentati, sicuti jam in Theodosii minoris fuerant, a quadam Judeo sunt seducti, qui et per antiphrasim nomen accipiens Serenus, nubilio errore eos invasit, Messiamque se prædicans, illos ad terram repromissionis volari enuntiat, atque omnia quæ possidebant ut amitterent imperat: quo facto inane et vacui remanserunt. Sed ubi hoc ad Ambizam pervenit, omnia quæ amiserant fisco associat. Serenum ad se convocans virunu si Messias esse quæ Dei facere cogitaret.] Qui dum postremo suprasatus Ambiza per se expeditiæm Francorum ingeminat, cum omni manu publica incursionem illorum illico meditatur. Qui dum rabidus per volat, morte propria vita terminum patrat: atque Hodera consulem patriæ sibi commissæ vel principem exercitus repedantis, vel quasi refrenantis in extremo vita positus ordinat.

D 54. Cui statim in æra 763, anno suprafati imperatoris pene jam sexto, Arabum 107, Saracenus labia nomine moritu principum succedens territorialis potestator sere triennio crudelis exæstuat, atque acri ingenio Hispaniæ Saracenos et Mauros pro pacifice's rebus olim ablatis exagitat, atque Christianis plura restaurat.

55. Hujus temporibus Igitur quarto expleto anno ab hac luce migravit, fratri regnum relinquens Hiscam nomine, et post fratrem natum proprii semi-nis adscens nomine Alilit. Qui Hiscam primordio suæ potestatis in æra 761, anno imperii Leonis jam

^c Sic B. M., *prædam.*

^d Al., *Umbiza.*

^e B., *contra gentes.*

^f Uncis inclusa periocha deest in edit. Reperitur autem in ms. Complutensi, et, ut resert D. Marca in codice Parisiensi.

dicti pene jam quinto, Arabum 106, satis se modestum ostendens nonnulla prospera per duces exercitus a se missos in Romania terra et pelago gessit. [^a In occiduis quoque partibus prope nihil clarum peregit.] Deinde cupiditate præreptus est, et tanta collectio pecuniarum per duces in Orientem et Occidentem ab ipso missos ^b est facta, quanta nullo unquam tempore a regibus ^c qui ante eum fuerunt exstitit congregata. Unde non modicæ populorum catervæ cernentes in eo improbam manere cupiditatem, ab ejus ditione suas dividunt mentes, ubi non modica strage per tres fere et quatuor annos civiter facta, vix suæ potestati provincias perditas reformativ.

56. Hujus tempore, in æra 766, anno imperii ejusdem 10, Arabum 111, Hiscam 6, Oddifa vir levitate plenus, auctoritate a duce Africano accepta, qui sorte Hispaniæ potestatem semper a motu principis sibi gaudet fore collatam, per sex menses absque ulla gravitate retemptans, præ paucitate regni nihil dignum adversumque ingeminat.

57. Per idem tempus ad regendam Hispaniam in æra 767, anno imperii ejusdem 11, Arabum 112, Hiscam 7, Autuman ab Africanis partibus tacitus properat. ^d Hic quinque mensibus Hispanias gubernavit: post quos vitam finivit, et missus est alius Autuman nomine. Hic quatuor per menses rexit terram: post quem Hiscam substituit alium domine Alhaytam. Hic ad Hispaniam regendam strenue sigillum vel auctoritatem principalem a supratis partibus missam patenter demonstrat, atque dum decem per menses turbidus regnat, nescio quo astu nonnullos Arabas se velle regno dejicere illico investigat: unde et eos comprehensos aliquandiu diversas rebellionis occasiones flagellis extorquet, et ut clam jussus ab armulis transmarinis fuerat, poenas inferendo, postremo capite truncat. Inter quos Zat Saracenum ^e genere, plenum facundia, clarum, atque diversarum rerum opulentissimum dominum, poena extortum vel flagris illusum, atque colaphis exsum, gladio verberat. Qui non post multos dies ad petitionem gentis eorum quorum sanguinem fuderat, a Libyæ partibus principaliter monitus Mammet mitiuit Saracenus cum relatione auctoritatis absconsa, ut Abderraman in ejus loco absque cunctatione maneat prorogatus. Sed ubi sedem Cordubensem

^A sem Mammet adiit, turbidus Abderraman cum necdum suisset repertus ^f, statim Alhaytam a Mammet rigide exstat comprehensus. Quem dum in carcere nequaquam impunitum sufferret positum, sine mora fortiter flagellatum, turpiter adjudicatum, capite decalvatum, asino pompezantem post terga facie per plateas detrahunt, manibus post tergum vinctum, vel catenis ferreis alligatum: atque non post multis dies duci Africano ^g qui hoc ut ferunt clam iter ordinando, Alhaytam reddiderat monitum, sub custodia retemptatum dirigit præsentandum. Denique dum quid de eo fieret a regalibus sedibus regis expectaretur, stylus multis sermocinationibus involvitur, et diversis judiciis impetratur ^h. Sed cum nihil ei inferrent, de die in diem evanescendo, per longum evanuit tempus, et quia cum Africanis ⁱ adventaret partibus Mammet Alarcila ejus vice in loco exstiterat positus mense completo.

58. Abderraman vir belliger in æra 769, anno imperii ejusdem duodecimo semissario, Arabum 113, Hiscam 9, in potestate properat latabundus, cunctis per triennium valde prælatus. Cumque nimium esset animositate et gloria præditus, unus ex Maurorum gente nomine Munniz ^j, audiens per Libyæ fines Judicum scæva temeritate opprimi suos, pacem, nec mora agens cum Francis, tyrannidem illico præparat aduersus Hispaniæ Saracenos, et quia erat fortiter in prælio expeditus, omnes hoc cognoscentes divisi sunt ^k, et palatii conturbatur status: sed non post multos dies expeditionem prælii agitans Abderramam supramemoratus ^l rebellem immisericorditer insequitur conturbatus ^m. Nempe ubi in Cerri-tanensi oppido reperitur vallatus, obsidione oppressus, et aliquandiu infra muratus, judicio Dei statim in fugam prosiliens cedit exaucitoratus: et quis a sanguine Christianorum, quem ibidem innocentem fuderat, nimium erat crapulatus, et Anabadi illustris episcopi et decore juventutis proceritatem, quam igne cremaverat ⁿ, valde exhaustus, atque adeo ob hoc jam satis damnatus, civitalis pœnitidine olim abundantia aquarum affluentis siti præventus, dum quo aufugeret non reperit, moriturus statim exercitu insequente in diversis anfractibus manet elapsus. Et quia filiam suam dux Francorum nomine Eudo causa foderis ei in conjugio copulandam ob persecutionem Arabum differendam jam olim tradidderat ad suos libitus inclinandam, dum eam tardie-

^a Uncis inclusa desunt in B.

^b B., ab Oriente et Occidente ipsi missa.

^c Sic M. B. et Sand., in reges.

^d Sic M., qui prosequitur: « Post quem Iscar solita, qui dum quatuor per menses gravitate alium sustentando, honoribus insulat, Aleitan nomine. Hic ad Hispaniam regendam strenue sigillum, etc. » B. post verba, tacitus properat, legit, qui dum quatuor per menses alium sustentando, honoribus insulat Aleitan, ad Hispaniam regendam strenue, sigillum, etc. Verba, post quem Hiscam substituit alium nomine Alhaytam, leguntur apud D. Rodr., c. 12 Hist. Arab.

^e M., Saracenorum.

^f Sic M. B., exemplio nec dum repertus.

^g B. add. eum.

^h Sic B. M., stylus multis rane sermocinantibus involutus fuit, et diversis judiciis impetratur. Sed cum nihil ei inferret. B., nihil inferentes.

ⁱ M., interim quia ex Africanis.

^j Sic B. Alii, Muzuu.

^k Sic M. B., omnibus hoc agnoscentibus, palatii. Solus M. addit divisi sunt.

^l B., supranumeratus.

^m C., conturbatum.

ⁿ Sic M. B., decoræ proceritatis, quem igne cremauerat. Sand., decoræ... concremaverat.

tat de manu persequentium liberandam, suam morti debitam præparat animam^a: sive dum eum publica manus insequitur, sese in scissuris petrarum ab alto pinnaculo jam vulneratus cavillando precipitat, atque ne vivus comprehendenderetur animam exhalat: cuius caput statim ubi eum jacentem repererunt, trucidant, et regi una cum filia Eudonis memorati ducis presentant: quam ille maria transvectans sublimi principi procurat honorifice destinandam.

59. Tunc Abderraman multitudine sui exercitus repletam propiciens terram, montana Vaccæorum dissecans, et fretosa ut^b plana percalcans, terras Francorum intus experdit, atque adeo eas penetrando gladio verberat, ut prælio ab Eudone ultra fluvios nomine Garonnam vel Dornoniæm præparato, et in fugam dilapo, solus Deus numerum morientium vel percuntium recognoscet. Tunc Abderramam suprafatum Eudonem ducem insequens, dum Turonensem Ecclesiam palatia diruendo et ecclesias ustulando deprædat desiderat, cum consule Franciæ interioris Austriae nomine Carolo, viro ab ineunte ætate belligero, et rei militaris experto, ab Eudone præmonito sese in fronte. Ubi dum pene per septem dies utriusque de pugnæ conflictu excruciant, sese postremo in aciem parant, atque dum acriter dimicant gentes septentrionales in ictu oculi ut paries immobiles permanentes, sicut et zona rigoris glacialiter inanent astrictæ, Arabes gladio enecant. Sed ubi gens Austriae mole membrorum prævalida, et ferrea mano per ardua pectorabiliter ferientes regem inventum examinant. Statim nocte prælium dirimenti, despicibiliter gladios elevate, atque in alio die videntes castra Arabum innumerabilia ad pugnam sese reservant, et exsurgentes de vagina sua diluculo prospiciunt Europenses Arabum tentoria ordinata, et tabernacula ubi fuerant castra locata, nescientes cuncta esse pervacua, et putantes ab intimo esse Saracenorum phalanges ad prælium præparatas, mittentes exploratorum officia, cuncta repererunt Ismaelitarum agmina effugata, omnesque tacite pernoctando cuneos diffugisse^c repatriando. Europenses vero, solliciti ne per semitas delitescentes aliquas facerent simulanter cœlatas, undique stupefacti in circuitu sese frustra recaptant, et qui ad persequentes gentes memoratas nullo modo vigilant, spoliis tantum et manubiis decenter divisis in suas se leti recipient patrias.

60. Tunc in æra 772, anno imperii ejusdem 14, Arabum 116, Hiscam 12, Abdilmelic^d ex nobili familia super Hispaniam dux mittitur ad principalia iussa. Qui dum eam post tot tantaque prælia^e reperit omnibus bonis optimam, et ita floride post tantos do-

lores repletam, ut dices augustale esse malognatum; tantam in eam pene per quatuor annos irrogat petulantiam, ut paulatim labefactata a diversis ambagibus maneat exsiccata^f: judicesque ejus prærepti cupiditate ita blandiendo in eam irrogant maculam, ut non solum ex eo tempore declinatio exstet ut mortua, verum etiam a cunctis optimis maneat usquequaque privata, atque ad recuperandam spei^g omnimode desolata. Qui et ob hoc monitus prædictus Abdilmelic a principali iussa, quare nihil ei in terra Francorum prosperum eveniret, ad pugnæ victoriam statim e Corduba exsiliens cum omni manu publica subvertere nititur Pyrenæi inhabitantium juga, et expeditionem per loca diri gens angusta, nihil prosperum gessit. Convictus de B Dei potentia a quo Christiani tandem per paci mentum pinnacula retinentes præstolabant misericordiam, et devia amplius hinc inde cum manu vañia appetens loca, multis suis bellatoribus perditis se recipit in plana, repatriando per devia.

61. Cui et mox post medicum in æra 775, anno Leonis imp. 17, Arabum 119, Hiscam 15, successor venit nomine Aucupa, qui dum potestate præcela genealogiam et legis suæ custodiam cuncta tremeret Hispania, præcessorem vinculo alligans, iudices ab eo præpositos fortiter damnat. Certe dum ceremonias legis exaggerat, descriptionem populi facere imperat, atque exactionem tributi ardue agitat: perversos Hispaniæ, vel diversis vitiis implicatos, ratibus appositis, per maria transvolat. Fisem ex diversis occasionibus promptissime ditat: abstemius ex omni occulta datione^h perseverat: neminem nisi per justitiam propria legis dannat: expeditionem Francorum cum multitudine exercitus adtemptat: deinde ad Cæsaraugstanam civitatem prægrediens, sese cum infinita classe apte receptat. Sed ubi rebellionem Maurorum per epistolas ab Africa missas subito lectitat, sine mora quanta potuit velocitate Cordubam repedat, transductivis i promontoriis sese receptat. Arabes sine effectu ad præstolacula Maurorum mittens, navibus præstolabiliter adventatis maria transnatat. Si quos ex eis contradictores vel bifarios, seu male i machinatores, atque haereticos (quos illi auguresⁱ vocant) reperit, gladio jugulat. Sicque cuncta optime disponendo, et Tinacrios^k portus pervigilando proprie sedi clementer se restituit: qui et post paululum peracto quinquennio Abdilmelic præfato regnum restaurans, infirmitate corruptus, mox languore ad vitalia redeun.e e sæculo migrat.

62. Per idem tempus viri doctores, et sanetimini studio satis pollentes Urbanus et Evansius kui ad Dominum pergentes quiescunt in pace.

63. Abdilmelic vero consensu omnium in æra 780,

^a B., summ... debitum... animum.

^b B., et.

^c Sic M. B., quique cuneo stricto diffugiunt.

^d B., Abdæmel c. Sand., Abdilmelic.

^e B., pericula.

^f M. et Sand., ambiginibus... exscuta.

^g B., a recuperanda spe.

^h B., occultatione.

ⁱ Sand., transductis.

^j B., mali.

^k Sic M. et Sand. B., asures. C., arures.

^l Sand., trimacrios, B., Tinacrios. M., patrios.

anno imperii Leonis 22, Arabum 124, Hiscam 20, eligitur in regno Arabum. Igitur Hiscam præventus furore iniquo, et cupiditatis relaxato sine termino freno [^a coepit in suos plus solito debacchari: unde] in bello omnes illico sua potestatis gentes prosiliunt intestino. Nam et cuncta illa vasta solitudo, unde ipsa oritur Arabica multitudo, impietatem judicum non ferentes, cuncta conturbant in dolo, atque occidentalis plaga, cui plus præ cæteris dediti sunt Mauri, et ea quæ ad Meridianam se subrigit zonam, uno consilio efferantes, services publice excutiunt ab Arabico jugo. Sed ubi ad Hiscam auditum pervenit tyrannizantium multitudo, centum millia armatorum electa auxilia valida illico ministrat duci Africano. Cultum fratrem exercitui Orientis scil. et Occidentis præfectum bello ducem designat: exercitu ^b constituto per turmas et phalanges dinumerato, Africano se suscipiunt solo: sicut consilio desinunt proprio, ut patrias Maurorum discursando et gladio feriendo, ad Tingitanum usque properent pelagus. Sed Maurorum hoc recognoscens multitudo in pugnam nudi, præpendiculis tantummodo ante pudenda præcincti, e montanis locis prosiliunt illico. Sed ubi frater fluvium Masanum pervenisset, acriter utrique configunt in prælio: Mauri tetrum colorem equis pulchrioribus demonstrando, et albis dentibus confriundo, hostes terrent, unde equites Ægyptii statim resiliunt fugiendo. Sed illi dum amplius impressionem faciunt desperando equites iterum Arabici et Ægyptii sine mora ob cutis colorem dissiliendo, terga cum sua et ascensorum internicione vertunt expavescendo: atque dum per fretosa et devia cursitant transfretando absque aliquo retinaculo, vel virium reparatione, multitudo illa deperit vastam per eumenum; sicut omnis illa collectio Orientis videlicet et Occidentis per fugam dilapsa contabuit ulla absque remedio. Duxque ipsius exercitus, Cultum^c nomine, contritis ^d sociis jugulatur, atque non sponte in tres turmas cuncta caterva dividitur: sicut pars una gladio, vel manu victorum tenetur, alia vagabunde per viam qua venerat aufugiens repatriare ambiens trucidatur ^e: tercia pars in amentiam versa nescio quo properavit. Belgi frater se ducem præbens his, vir genere plenus, et armis militibus expertus, heu, proh dolor! Hispaniam adventavit.

64. Eo tempore, ut supra diximus, in æra 780, anno imperii Leonis 22, Hiscam 20, Abdilmelic Hispanis præterat. Cumque Belgi cum præfata tercia parte intelligit pervenire ad portum, naves retemptando ejus impedit ^f transitum. Sed ubi Hispaniæ Mauri hoc ita cognoverunt factum, in prælio congregati, cu-

^a Uncis inclusa leguntur in M., desunt in aliis codd.

^b B., atque Zultan super Orientis scilicet et Occidentis exercitu.

^c B., Zultan.

^d B., contrerritis.

^e Sic M.; B. repatriare ambitur.

^f B., eis denegat.

A piunt, Abdilmelic prostrato et regno ejus assumpto, transmarinis sodalibus præbere ad transitum navi- gerium: atque in tres turmas divisi, unam ad Toletum prævalide civitatis murum destinant ferendum: aliam ad Abdilmelic Corduba in sede dirigunt ^g jugulandum: tertiam ad Septitanum ^h portum porrigit ob præventus suprasatorum, qui de prælio evaserant, jugulandum ⁱ. Sed Abdilmelic utriusque lacertorum brachia mittens, unam turmam per filium Hemely ^j obsidionem Toleto per viginti septem dies protende- deum gladio, duodecimo ab urbe milliario fortiter dissecat: aliam per Almuzaor Arabem, licet cum sua vel exercitus internicione refrenando reverberat, et in aliam partem declinat: tertiam quæ Messula civitatem ad comprehendendos eos qui tutelam navigii gerebant, adventarat, per Belgæ cui du- dum transitum denegaverat, navibus præparatis ob- truncat.

B 65. Tunc Abdilmelic exterritis ceteris suo in loco sese receptat, admonens per epistolare alloquium Belgæ, ut pristina in insula sese recipiat: sed Belgæ dum tantas famis injurias, quas ei tandem intulerat, anxius et male dolosus rememorat prælia per Abderramam: et objecta diu obsistentem, Cordubam pe- netrat, atque Abdilmelic reperiens a filii suis, vel a manu publica desolatum, vel arundineis sudibus excruciatum, atque mortis quatamine per corpus graviter expolitum, postremo gladio trucidat. Tan- tus vero inter Orientales ^k cum duce Belgæ, et Occiden- tales cum filio Humeya collectus est exercitus, completa æra suprasata, anno imperii Leonis supra dicto, Arabum jam præscripto, Hiscam Amiralmu- minin jam notato, et tanta fuerunt prælia ab utris- que patrata, quantum humana vix narrare prævaleat lingua. Sed quia nequaquam ea ignorat omnis His- pania, ideo illa minime recenseri tam tragicæ ^l bella ista decrevit historia: quia jam in alia Epitome, qualiter cuncta exstiterunt gesta, patenter et pagina- liter manet nostro stylo conscripta.

C 66. Hujus in tempore, in æra 774, anno imperii Leonis 23, Arabum 125, Alulit pulcher Amiralmu- minin debito in loco a cunctis sublimatur in solio: cui sine mora ab Iziz regno dempto permanet dodrans cum anno. Tunc intestino furore omnis conturbatur Hispania.

D 67. In æra 782, anno imperii Leonis expleto 24, Alulit primo, Albucatar missus ad principalia iussa ^m omnia suprasata sedat scandala. Tunc Abulcatar no- mine Alhozan ⁿ sollicite sibi commissam curat ge- rere patriam: atque exercitu ex transmarinis parti- bus sine mora superbos Hispaniæ domando sub nomine prælii mittit in Africam, et quia cunctus

^g Pellicer., Ann., p. 101, *Cordubam ense dirigunt.*

^h Sic ms. C., M. et Sand.; B., *septimanum.*

ⁱ B., *rigilandum.*

^j Sic B.; M., *Humeian;* Sand., *Humoin.*

^k Sic M.; B., *Orientalia.*

^l Sic M.; B., *tragica.*

^m C., *a principali jussa.*

ⁿ Sic mss. C. et M. et ed. Sand. B., *Alulit.*

Oriens seductus manebat, inaudita in prælia surrexerunt audientes Alulit occisum.

Et statim.

68. In æra 782, anno 24 imperii Leonis completo, Arabum 120, incipiente cum 6 atque Iziz Alulit pene annum in regno manente, cum Abulcatar tumultuose imperaret, cogitare omnes incipiunt, ut eum regno dejicant, atque per Zumahel ^a virum gentis suæ auctoritate præcinctum, ei tyrannizantem, a civitate Corduba, tunc sede regia, abstrahere in pugnam communiter machinantur. Denique ubi hoc diversas occasiones machinando illico impetrant, consilio definito simulanter Zumahel fugam meditatur. Tunc Abulcatar cum classe palatii nulla intercurrente mora præcepit insequitur. Et quia plerique qui cum eo rebellem persequuntur, una cum hoste sentiebant, consilio ad destinatas insidias cum memorato rege alacres properant. Mox invicem juncti prælium agitant gladio vindice, nonnulli comites regis a prælio se disjungunt, statimque eum ut solum exsuperant. Sicque occisis propriis, et una cum tribus conjunctis sagientem persequuntur.

69. [b] Hujus tempore vir sanctissimus, et ab ipsis cunabulis in Dei persistens servitio Cixila in sede manet Toletana. Et quia ab ingressione Arabum in suprafata Ecclesia esset, metropolitanus est ordinatus : fuit enim sanctimonii eruditus, ecclesiarum restaurator, et septu (*sic*) spes, fide et charitate firmissimus, meritis ejus innotescant cunctis. Quodam die homo heresi Sabelliana seductus voluit accedere core [*Forte, coram*], perquisitus est ab eo ut cum tali reatu esset concio, illeque abnegans tali scelere : qui statim ita a dæmonie est arreptus, ut omnis conventus ecclesiæ in stupore reverteretur : sicque sanctus ut orationi se dedit, et sanctæ ecclesiæ sanum redditum et illesam. Qui et novem per annos vicem apostolicatus peragens in ea charitate quam coavat vitæ hujus terminum delit.

70. Tunc] atque Toabam, qui valida adjutoria Zimaeli præbuerat, in regni solio sublimant. Tunc ille ad reparanda certamina, se inter suos occultat : atque postmodum infeliciter diversa prælia cum sua suorumque internicione exagitans, dira morte se cum multitudine ei consentiente perdit. Quisquis vero hujus rei gesta cupit scire, singula in Epitome temporum legat quam dudum collegimus, in qua cuncta reperiet enodata ; ubi et prælia Maurorum aduersus Cultum ^c dimicantium cuncta reperiet scripta, et Hispaniæ bella eo tempore imminentia relegat adnotata.

71. Æra 782 completa, atque incipiente jam tertia,

^a Sic ms. B.; M., *Zunahel*; D. Ro.lr., *Zimael*.
^b Uncis inclusa desunt in B., M. et Sand.; leguntur in C.

^c Sic M., Sand. et D. Rodriguez.; B., *Zultam*. D. Nic. Anton., lib. vi, n. 66, *adversus cultum (Christianum sci'cet)*, manifesto errore, *Culto enim nomen est proprium hominis Mahometani*.

^d Sic M. Deest in B. *regnans 35*; hujus edit. textus sic se habet : *coronatur, annis tot peractis, etc. Le-*

A Romanorum 68 Constantinus Leonis filius post patrem imperio coronatur, regnans 35 annis ^d, peractis a principio mundi usque in annum Constantini 10 auniis 5954.

72. Hic paterno coronatus imperio, mox parens diem clausit extreum; filius ab Ardabasio sibi cognatione juncto, præripi suum cognoscit imperium. Sed ubi Ardabastus tacite paulatim causa prælii in alias gentes ut belliger abit, Constantini omnes palatii assecas bellatoresque sibi sociat : mox ut eum perspicit desolatum, et ab omni senatu fore percauum, cum sociis, quos secum adunaverat, properans, Constantinum ex palatio exterritat jugulandum. At ubi Constantinus Ardabastum venire intelligit cum turbido armatorum cuneo, a sede cum suis exiliens, B confinitimarum auxilia expedit gentium. Denique ubi se a multitudine prospicit constipatum, properans, ut sedem pristinam appetat, Ardabastum ut palatum relinquat, reddit premonitum : sed mox Ardabastus ne properantibus portas aperiant civitatis, populum reddit instructum. Denique ubi Constantinus oppidum reperit præmunitum, obsidionem pretendens cum copiis multarum in circuitu gentium, firmissimum preparat bellum; nempe ubi pene per triennium fame civitatis populum reddidit fatigatum, pace cum civibus per internuntios acta, illi Ardabastum vinculis alligatum Constantino præsentant ferri pondere satis depresso. Tunc tanti causa facinoris neandum interrogatum, oculis execæcatum, exsilio miti diu cruciatum.

C 73. Hujus tempore Igitur Alulit propria morte functum sue omnes patriæ ocios recognoscunt, atque Abramim fratrem in æra incipiente 783, anno Constantini primo, Arabum percurrente 127, substituunt, quem a fratre constabat relictum esse vicarium. Sed Moroan unus ex Arabibus palatum adiens ^e peritum occidit, et imperium in diversa distractum vacans arripit per tyrannidem ferociter appetens bellum.

D 74. In æra 784, anno imperii Constantini 2, Arabum 128, belligerans suprasatus Moroan cum sociis, Abramim ^f reperiens cum modicis, eum statim palatum appetens gladio percutit : sicque intestino ob hanc rem furore preventus, quinquennio tumultuose vivens, et diversa prælia exercens, Azali ^g patrum de Abdella, quem sibi quamplurima Ismaelitarum multitudo elegerat principem, a Damasco usque in campos Babylonicos persecutus Nilo transacto recaret decollatus.

75. Hujus tempore in æra suprafata 781, anno imperii Constantini 2, Arabum 128, Moroan ^h,

gendum : *regnans annis... haud expresso anomno numero; quo l. auctor per tot significat, aliis relinquens curam ponendi notam numeralem : scribens enim anno Constantini regni decimo, quot annis adhuc ille superstes futurus esset omnino nesciebat.*

^e M., *audiens*.

^f Sic B.; M. et Sand., *Ybrain*.

^g Sand., *a Zali*.

AThoaba in Hispaniis (regno Abulcatar cum ^a adjutore Zimabel ablato) a cunctis ut vir belliger et genere plenus preficitur, regnans unum per annum ^b: sicutque eo propria morte perfuncto, Juzif ab omni senatu palatii Hispanie rector eligitur in æra 785, anno imperii Constantini 3, Arabum 129 completo, vel incipiente 30, Morcan 3, mirifice ut senior et longævus patriæ acclamatatur in regno. Cui non post multos dies diversa rebellia Arabes per Hispaniam molientes, suas sine effectu manentes usque ad inferos animas fuerunt tradentes. Iste descriptionem ad suggestionem residui populi facere imperat: atque jubet ut eos quos ex Christianis vectigalibus per tantas eorum strages gladius jugulaverat, a publico codice scrinarli demerent: qui licet petulando sollicitate imperat.

76. Hujus regni in anno 6, in æra 788, Nonis Aprilis die Dominicō, hora 1, 2 et fere 3, cunctis Cordubæ civibus prōspicientibus, tres soles miro modo lustrantes et quasi pallentes cum falce ignea vel smaragdinea præcedente, fuerunt visi, eoque ortu fame intolerabili omnes partes Hispaniæ nutu Dei habitatores angeli ^c ordinati fuerunt vastantes.

77. Per idem tempus Petrus Toletanus sedis diaconus pulcher apud Hispaniam habebatur melodicus, atque in omnibus scripturis sapientissimus: (*ad*) habitatores in Hispali propter paschas erroneas quæ ab eis sunt celebratae libellum Patrum atque diversis auctoritatibus ^d pulchre compositum conscripsit.

78. Hujus tempore in æra 788, anno imperii ejus 6, Arabum 133, Abdella Alascemi 1, Morcan, ut diximus, a manu publica insectatus et tumultu gentium exercitus cum thesauris publicis a palatio fugiens, et Libyam ob reparationem pugnae penetrare desiderans, Abdella nil jam pavens, instinctu seniorum sedem appetit regiam. Qui statim post eum Zali patrum dirigens cum præliatorum infinito exercitu Arabum et Persarum hactenus solem excolentium, pullataque daemona, Moroan a civitate in civitatem, diffugiendo, et nullum receptaculum ob mala quæ fecerat, et mortes diversas quas in Saracenis gesserat ^e, reperiendo, Nilum Ægypti fluvium transmeando, eum vehementer inseguuntur ^f. Sed ubi in locum qui lingua eorum vocatur Azimum ^g pervenissent, se invicem applicant, et tam valide utriusque se jaculant, ut binos per dies immisericorditer cum multorum ex utraque parte occisione se pro-

^a Deest *cum* in M., et Sand. non habet quæ leguntur inter duas quas hic numerus exhibet temporum notas.

^b Maz., *præficitur pro uno anno*. Pagi, an. 747, n. 44.

^c D. Rodrig. ponit Angli loco angeli cap. 17 Hist. Arab.

^d Deest hic num. 77 apud Sand. et in M.; illum exhibent mss. C. et Maz., apud Pagi, an. 746, n. 9, ex quo in edit. B. recusum est.

^e Maz., *auctoribus*.

^f B., *ingesserat*.

^g Sic M.; alii, *insequitantur*.

^h Ms. C., *Azimumum*.

ⁱ Uncis inclusa desunt in B., leguntur in M. et C., sed non nihil discrepantia; M., excepta voce *præda-*

Asternentes, vix in tertio exsuperato et interfecto Moroan vaginis gladios remitterent, semetipsos sedantes. [Tunc capita magnatorum ad Abdellam dirigen-tes, quasi spolia pretiosa, bellatores de prædarum manubris remunerant ⁱ] atque cunctos pristinos terminos digne pacificant. Reliqua vero gesta corum, qualiter pugnando utræque partes conflictæ sunt, vel qualiter Hispaniæ bella sub principibus Belgj, Thoaba et Humeya concreta sunt vel per Abulcatar exempta sunt, atque sub principio lucif, quo ordine æmuli ejus deleti sunt; nonne hec scripta sunt in libro verborum dierum sæculi, quem Chronicis præteritis ad singula addere procuravimus?

B79. Fiunt igitur ab exordio mundi usque in æram coeptam septingentesimam nonagesimam secundam, anno imperii Constantini 10, Abdella Alascemi Amiralummin 4, Hispanie Iuzif patricie 7, Arabum 136, anni 5954, a quibus quatuor si secundum quosdam historiographos demere volueris, qui precise ad expletum 56 Octavianii regni annum ⁱ, annos sæculi 5210, supporthand affirmant: et anno præfati Octavianii 42 Christum natum secundum Historiam ecclesiasticam domini Eusebii Cæsariensis episcopi, in lib. 1, ætate vi ^k, vel nunc secundum Chronicam domini Isidori asseverant; quod et utique ita omnes scripture denuntiant; detractis ab annis Octavianii 56 quataordicim, remanent 42 in tempore nativitatis Christi: et quia completo 5 anno Julii Cæsaris fiunt anni sæculi 5154, additis 42 Octavianii fiunt ab Adam usque in nativitatem Christi 5196, subtractis quatuor quos superius diximus ab anno sæculi 5200 quosdam subtrahere, quibus 5196 superius memoratis, si addantur ^l anni incarnationis Domini 754 qui in æra 792 ^m veridice computantur, reperientur anni sæculi 5950 obitis ⁿ 4 diminutisque effectis.

C80. Sed quia ad tantam liquiditatem anni sæculi etiam nec a majoribus computantur, ut uno stilo æqualiter digerantur, vel una prænotatione ab omnibus historiographis æquiparentur, licet in hac annorum devolutione non multum ab invicem discrepent; ideo et nos secundum plerosque qui Christum in 5200 annos natum deliberant, hos quatuor annos interpolamus, ne a tantorum virorum ^o semitis, ubi tales tantique nutaverunt viri, longius evagemus: **D**quia in tanta congerie temporum quatuor anni si addantur vel detrahantur, nequaquam toti summæ rum, ut in textu, qui tunc sic se habet, *bellatores deprædarunt, manubris remunerant*. C., ... *sus pulchre ferunt... de prædarum manubia remunerantes*. Sand., ... *suo spulore* (id est, *sus pulchre*) fuerunt, etc.

ⁱ Sic M.; B. et Sand.: *qui acrivoſe...* 56 Octavianii regno, etc.

^k Sic M.; B. et Sand., æra.

^l Is est numerus quem expressit in principio hujus paragraphi. Sand., 798; B., 799.

^m Sic ins., C. (5950); alii, 5955. Retineendum 5950; ex duobus enim numeris 754 et 5196 numerus ille constat.

ⁿ M., *Obliti*.

^o M. addit. virorum, et omittit ubi tales tantique nutarunt viri, qui habent Sand. et B.

præjudicare a videntur: cum etiam a diversis Chronicorum libris longius anni et tanti gradentur ^b in summa quam diximus, et retrogradentur ^c, quia a toto partem, et a parte totum, aut in principio aut in fine cuiuslibet imperii annum cœptum vel consummatum pro uno si illum annumeres, non facile præjudicaveris: quia, ut diximus, plerique anno 42 Octaviani Christum natum confirmant; nonnulli 41 genitum esse demonstrant: sic enim sanctissimus Julianus Toletanus episcopus in libro quem contra Judæos de sex æstatibus sæculi scripsit, dicens: « Octavianus Cæsar regnat ann. 56. Hujus 41 anno, secundum quod Tertullianus Hieronymusque testantur, Christus Dei Filius de Maria virginie nascitur. » Nunquid hic in aliquo prædicatur, quia secundum aliquos 42, secundum quosdam 41 annus reperiatur? Absit. Sed ideo a majoribus inter utrasque editiones quæ nunc renotari longæ sunt, nativitas Salvatoris

^a B., nequaquam prædamnare.

^b C., et antegradentur.

^c M., in summa aberretur, pluribus annis præ-

A nostri in 5200 annis annumeratur, ut et plenitudo temporis per generationes et regna deducta plenes demonstretur, et perfectum ac decoris ^d plenissimum numerum ab omnibus recollectum dies ille simul cum perfecta annorum 5200 serie aperit etiam parvipedentibus ineinuetur. Sic enim concedet ut sancta nativitas ejus apertius declaretur, nec in diversam plus minusve congeriem annorum numerus distrahit. Denique sanctissimus et validus in hoc operæ pretium doctissimus Julianus sic in libello inquit, quem suprafati sumus (*Contre Jud.*, lib. iii). « Etenim si queramus annos a principio mundi usque ad nativitatem Christi secundum codices Septuaginta Translatorum, subsequentibus etiam quibusdam historiis gentium, reperiuntur ab Adam B usque ad Christum anni 5200 et quidquid aliud superest secundum quosdam historicos, qui annorum mundi seriem conscripserunt. »

dicto numero additis aut detractis.

^d B., decoratis.

ABEDOC ET ETHELVOLFUS

ABBATES HIBERNI.

NOTITIA HISTORICA IN ABEDOC.

(Ex Fabrio Biblioth. medie et inf. Latinitatis.)

Abedoc clericus vetus canonum Collectio scripta, Haehlucaro abbate Hiberno dispensante, ms. in biblioteca sancti Germani de Pratis cod. 572, teste Cangio. Ex Hiberna hac veteri canonum Collectione, quæ saeculo octavo libris lxxv digesta fuit, capitula selecta vulgavit Lucas Dacherius tom. IX Speciei Patrum, p. 232 (*Edit. novæ tom. I, pag. 492*). Nonnulla a Dacherio, uso duobus collicibus mss. Sangermannensi et Corbeiensi, omissa supplevit ex ms. Bigotiano Edmundus Martene, tom. IV Thesauri anecdotorum sub initium.

NOTITIA HISTORICA IN ETHELVOLFUM.

(Ex Fabrio, ibid.)

Ethelwulfus, sive Ethelvolphus, vel Athulphus, sive Athelulphus, Egberti Magni filius, rex Anglie ab anno 836-857. Hujus *Leges* pro denario sancti Petri persolvendo, et *Epistolam hæreditariam*, sive *Testamentum* memorant Balæus II, 20, et Pitseus, pag. 165. Leges illas pro denario sancti Petri nihil esse aliud censeo, quæ tabulas donationis decimæ regni sui patris in proventum Anglicanæ Ecclesie; quas tabulas ab ipso Ethelulpho dictatas et subscriptas in conspectum producit Wilkinsius Concil. Britan. tomo I, pag. 183.

MONITUM

IN SEQUENTIA CAPITULA.

Canones Hibernenses qui sequuntur ante saeculum viii confecti sunt, et a nobis ex magna ac vetusta canonum Collectione ms. delecti. Et haec quidem Collectio constans 65 libris, in plura capitula distributis, docet et constituit quæ spectant ad ordinaciones sacras, ad ministrorum Ecclesie diversa munia, ad administrandorum sacramentorum modum, ad ecclesiasticam disciplinam probe observandam, et ad laicos Christianis moribus religiosim imbuendos: denique remedia adhibenda, poenitentiasve lapsis imponendas prescribit.

C 2. At enim cum spernenda minime sit ista Collectione, ut pote continuata serie locis sanctæ Scripturæ, conciliorum et sanctorum Patrum scite admodum se prudenter insertis adornata, quæres fortean, lector, cur integrum in lucem haud emiserimus. Due præsertim nos ad hoc cause impulerunt. Animo cum revolveremus tot et tam varias hujuscemodi canonum collectiones tum editas, tum ineditas eadem prope repentes, illam qua de agitur persuasum habuimus ingratis fore viris eruditis, in quorum gratiam potissimum instituimus picilegium, si quæ communia